

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Bartholomæus Sanchez.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

*Fides.*

per annos plures ea passus  
est quæ procaces hæretico-  
rum linguae, ac immortale in  
orthodoxum nomen odium  
suggerebat. Ita vitam per an-  
nos 17. in carceribus cruno-  
sam longâ morte clausit,  
cruentam semper desiderâs,  
& expectans.

*P. Bartholomeus Sanchez.*

*Hissianus.*  
*Bubayeni.*  
*Iunio.*  
*1642.*  
*etat 29.*  
*Soc. II.*

*Educatio.**S. Xauer.*

Natus ex voto, quo Deo à  
parentibus antea sterilibus  
deuotus est. Paruulo pompæ  
secularis horror ab ijsdem  
iniectus, dicentibus ; diuites  
superbos ijs quibus cum  
pompa vehuntur splendididis  
curribus, velut auriga dæmo-  
none, ad infernum yehi suæ  
salutis oblitos. Videbatur si-  
bi sensu intimo ad imitatio-  
nem S. Xauerij permoueri,  
quod eum videret suo inge-  
nio valdè esse consentaneum.

*Et*

Et profuit id acriter præstisſe. Sanguinem è pectorē quā cor iacebat elicuit, & chirographum eo sanguine conscripsit, quo se Deo per Xauerium in salutem Iaponię deuouebat. Is erga Xauerium ardor illi exprobrare videbatur, si calceos nouos, pileumūe, aut aliud vſui ſuo opportunū, admitteret; quasi parūm addictus ei paupertati quam exemplo ſuo docuiffet Xauerius. In eodem, ſuaue, prætentissimumque præſidiū inueniebat tuendæ in nitida, sanctimonia puritatis, quicquid imaginum castæ menti obſtreperet; viſis aliquando etiam tetris laruis, quæ abibant, cùm ille ſolito magis afflictus opem Xauerij imploraret. Videbatur quoque id velut à Deipara edocetus

*Cor.*

*Pauperes  
tas.*

*Caffas.*

*B.V.*

in-

interno monitu, vt ad hanc  
victoriam patrono Xauerio  
vteretur. Concinnatos à  
P. Mastrillo Xauerij titulos,  
instar Litaniarum, quotidie  
recitabat. Aliquando Crucē  
ferre se debere didicit, cùm  
1. Decembris coram sui Xau-  
*Crux.* erij effigie supplex, totam  
eius imaginem Cruce ingē-  
ti toto corpore coopertam  
vidit. Patiebatur tunc ille  
dulcioris è cælo auræ sola-  
tiorumque penuriam; & ad  
plures id genus, aliasque cor-  
poris atque animi molestias  
*Pati.* æquo animo ferendas est mi-  
rificè incitatus. Animo an-  
xium, an ritè initiatus esset,  
ac per nouem dies pro litan-  
da primi sacrificij hostiâ se  
parantem, ipso Deiparæ na-  
tæ die manè ante quām sa-  
crificaret vox diuinitūs con-  
*B. V.* fir-

firmauit, quæ illum hortabatur, vt se in Sancti sui manibus relinqueret, pati, & eum imitari paratus: primâque hostiam Deo pro acceptis ab illo per Xauerium, S. Xauerius.  
beneficijs offerret. Ita illi animus conquieuit. Crucis in imagine Xauerij ostensæ mysterium compleuit mors, quam obijt à barbaro sicâ in gutture vulneratus, alio ei caput bifariam dissecante.

## IVLIVS.

P. Petrus Gassui.

**A**NNO 1614. Daifusamæ furore in exilium relegatus, Hierosolymas, postea Romam, inuisit peregrinabundus. Romæ Societatem amplexus, in Iaponiam vt securus rediret, remigis persona-

Iapon.  
Iendi.  
Julio.  
1639.  
etat. 51  
Soc. 9.

nâ